



DES UNIVERSITÄTSDRUCKERMEISTERS

1769

Polia: 156

Philos. C. 105

Themata Philosophica,
DE LIBERTATE
VOLUNTATIS HU-
MANÆ IN ACTIONIBUS
NATURALIBUS,

Quæ
Successum largiente Domi-
no, Consensu & Authoritate Amplissimæ
Facultatis Philosophicæ, in inclyta
Vvitebergensi Academia,

Pro loco,

In eadem Facultate sibi assignato,

Ad disputationem publicam proponit

M. BALTHASAR MEISNERUS
Dresdensis,

RÉSPONDENTE

IOHANNE VVITENIO è SAXON:
Tremoniano VVestph.

Habebitur disputatio ad diem 10. Iunij, in Collegij novi
Auditorio magno, horis matutinis.

VVITTEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Iohan. Gorman. Anno 1608.

*Amplissimo, & Magnifico, generis ac sanguinis
splendore, virtutum & eruditionis vigore re-
rumque insigni eminentia, consultissimo,
nobilissimoque viro*

Dn. THEODORO à Neef / in Neef / Illustrissimi Prin-
cipis Clirentis Consiliario Markensi dignissimo, ac Un-
nensium & Camensium Satrapæ optimè
merito.

*Nobilissimis, amplissimis, omnique virtutum
genere præstantissimis viris,*

Dn. GERHARDO AB EICKEL in Berghoffen.

Dn. FREISENDORFIO AB HOEVELL in Solde.

Dn. HENRICO à VVERMINCKHAUS in Heidhoff.

Dn. IOHANNI FUCHS in Apelerbeck,

NEC NON.

*Spectatissimis multoque rerum usu & expe-
rientia præstantissimis
viris,*

Dn. CASPARO SCHMITZ, Iudici Unnensi,

Dn. IOHANNI BODDIO, Iudici Camensi

*Dominis suis: Mæcenatibus, fautoribusque studiorum suorum
favorabilissimis, omni observantiarum genere colendis,
dedicat & offert hanc Philosophicam*

συζήτησιν

Johannes VVitenius
Respondens.



Fortunante Altissimo,
DE LIBERTATE VO-
luntatis humanæ in acti-
onibus naturalibus.

THESIS PRIM A.



*V*n multis alijs, ita & hic dis-
sentit à σοῶ Lyceum. Ἐνθροπὸς ἐστὶν ἀρχὴ καὶ
γενητὴς τῶν πράξεων ὡς π. ρ καὶ τέκνων, inquit
Princeps Lycai: Fato & inevitabili necessi-
tate peraguntur omnia, σοῶ dicitur. Nos,
hac missâ, Lyceō adhaerescimus.

II.

Ἀδέσποτον γὰρ καὶ μὴ ἀναγκάσιον ζῆμα debet esse ἢ ἀρετῆ. Ast
quod fati mancipium est, num hoc ἀδέσποτον existimabimus? Vir-
tutem secl anti premium debet ur: premio autem num dignus fo-
ret is, qui operis compensandi parens non extitit? Plura si adfue-
rint media, praeligendum est: ad unum verò adstrictus quî prae-
liget? Deliberandum est, ne quid temerè agas: de ijs autem, qua
non sunt ἐφ' ἡμῶν deliberare, annon stolidum? Legum observatio
urget ur: τῶν νόμων αὐτὴν μὴ κατὰ τὸ δυνατὸν τιθεῖς, annon tyran-
nicum?

III.

Instituuntur à nobis sæpè preces, & supplicationes, & depre-
cationes, sed annon ineptissimè, si libertas nulla, necessitas mera?
Quod enim futurum est, etiam si non contendam, fiet; siquidem

Quæstio I. An
sit libertas. L. 3.
Erbio Nicom. c. 7.
Plutarchus l. 1.
de placitis Philo-
soph. Gellius l. 4.
N. A. c. 2.

Damasc l. 2 de
Orthodoxa Fide,
c. 7.

L. 3 Erb. Nico.
c. 5 Damasc. l. 2.
c. 7. & 25.
Plutarchus in So-
lone.

nihil futurum est, quod non fieri necesse sit: si futurum non est, etiamsi vehementer contendam, tamen non est futurum, quia simul esse & non esse ἐκ τῶν ἀδιωάτων est.

γ. Metaph. 4. 2.

Damasc. l. 2. c. 24
L. 5. & 9. de
legibus.

Odyss. 4.

August. l. de
duabus anima-
bus.

Gellius l. 4. N.
A. 6. 2.

Tracta. 29. in Io-
han.

L. 1. Etb. Nico.
4. 5.

IV.

Culpantur homines ob commissa vitia: ast culpā minimē digni, si σοὰν audiveris. Platonium istud revocandum, ἡδεὶς ἐκὼν πονηρός. Bonitas summa accusanda, quem admodum à multis olim etiam factitatum est, uti queritur De aster ille gentilis apud Homerum:

Ὡ πόποι, οἷον δῆνυ θεὸς βροτῶν αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γὰρ φασὶ κακ' ἐμμέναι, οἱ δὲ καὶ αὐτῶν
σφῆσιν ἀταρταλίην ὑπὲρ μόνον ἄλγυ' ἔχουσι.

V.

Plectuntur homines ob maleacta: immerentem autem & nihil agentem punire, annon injustum? sicuti fur iste criminis poenam à se remoturus, Fato, dicebat, furatus sum: cui alter, Fato suspendêris. Neque hîc libri obscuri mihi scrutandi, unde discam, neminem vituperatione, suppliciove dignum, quid non faciat, quod facere non potest. Nōne ista cantant & in montibus pastores, & in theatris Poëtæ, & indocti in circulis, & docti in bibliothecis, & Magistri in scholis, & antistites in sacris locis, & in orbe terrarum genus humanum?

VI.

Faceat igitur ἀνάγκη Stoica, fatumque istud adamantinum, & inexorabile, quod Chrysippo erat sempiterna quædam, & inclinabilis series rerum & catena, volvens semetipsa sese, & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque est. Sed ô si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum inquit Augustinus. Illud ergò περὶ τῶν αἰτιῶν αὐδiamo: ἐφ' ἡμῶν καὶ ἀρετῆ, ὁμοίως εἶ καὶ ἡ κακία.

VII.

Neque verò libertatis huius prædo est, Astrologus, quippe qui influxus siderum, nec naturalibus etiam rebus, unòque semper modo

modo se habentibus, multò minus ratione præditis, & ad neutrum oppositorum determinatis, quin insuper astrorum imperio directè non subiectis, necessitatem nullatenus imponere novit, vel certè novisse debebat ἡμεῖς γὰρ αὐτεξέσσοι ὑπὸ τῆ δειμιεργεῖ γινόμενοι κινήσεων ἡμετέρων ὑπάρχουμεν πράξεων. Magnam autem cælo faciunt injuriam, qui in hujus velut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena civitas decrevisset, genere humano decernente, fuerat evertenda.

II X.

II. Non Phycicus. Licet enim hic multa de causarum cohaesione & concatenatione mutua præcipiat, ita, ut absque ope & opera cause primæ nihil tentent, faciant & perficiant secunda, κινῆσαι γὰρ πῶς πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον, inquit divinus Aristoteles: attamen citra libertatis jacturam ista præcipit omnia. Agnoscit distictos corporum naturalium gradus, quòd quedam sint ὄντα, quedam κίνητα, quedam αἰθέρητα, quedam νοητά; & sicut in prioribus tribus necessitatem fatetur, sic in ultimo libertatem non diffitetur. τὰ μὲν γὰρ κινῆσαι μοναρχῶς, τὰ δὲ τὰς ἐναντίας κινήσεις.

IX.

III. Non Medicus, qui mores animi à κατὰ τὸν σώματος corporis provenire existimat. Præterquam enim quòd solùmmodo perturbationum diversitas à temperamentis quadantenus dependet; illud in aprico est, inclinare duntaxat, non necessitare temperamenta, quippe cùm propensiones vitiosas, ex corporis dispositione mala ortas, congruente studio & assuetudine corrigi temperarique posse, vel ipsa etiam experientia testis sit irreprehensibilis.

X.

IV. Non Theologus, qui ut libertatē arbitrij in rebus spiritualibus & mysterijs divinis rectè destruit, ita eandē in externis, politicis & moralibus actionibus haud invitè concedit & adstruit. Duo n. dicente B. Luthero, rerum sunt hemisphæria, alterū superius & divinū alterum inferius & mundanū, quod negotia concernit po-

Damasc. l. 3 c. 7.
August. l. 5. de civ. dei c. 5.

L. 7. Eudem. c. 14.

L. 1. Phys. c. 3.

Scaliger Exere. 274.
Piccolom 3. grad. mor. c. 37.

August, confessio & ejus Apolog art. 18.
Form. concor art. 2. Chemnitius parte 1. Loc. comm. loco 6. p. m. 197.

Augustinus l.
3. hypognoft.
L. 7. Et b. c. 3.

Metaphys. α. min
6. 2.

Lombardus l.
2. sententiarum.
diftinct. 25.

Scaliger Exero.
76. feft. 2.

Quæftio. II.
Quid fit liber-
tas.

Bucanus Insti-
tut. loco 11.
quæft. 2.

Flacius in cla-
ve par. 1. m. p.
571.

Tilenus in syn-
tag. difput. 57. tb.
15.

Arerius in pro-
blemat loco 26.

litica: huius respectu liberum habet mens humana arbitriū, quod si quis esse negaverit, catholicus non est, quamvis & hic non exigua quandoque occurrit servitus, ex complicatione animi cum corpore, & impetuosa τῶν ὁρμῶν pruriginē exorta. Πεδανῆ γὰρ φύσις δ' ἄλη τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.

XI.

Cum autem triplex numerari solcat libertas, naturæ, gratiæ & gloriæ, quarum illa hominem facit liberum à coactione, ista à peccati dominio, hæc à miseria: nulla omninò, nulla, inquam, de libertate gratiæ vel gloriæ aut actionibus supernaturalibus à nobis differtatio instituetur, cùm professione Theologis munus hoc sit proprium, nihil autem fædius Philosopho, quàm mate- rias confundere: sed de libertate duntaxat naturæ, ut vocant, homini quoad morales civilesque actiones (quas uno nomine na- turales dicimus, in quantum omnes supernaturalibus opponun- tur) reliqua, ejusque constitutione & ingenio nativo paucis disse- rere & libet, & ut reor, licet, id quod mature, ne quis calumnia- retur, significarum voluimus.

XII.

Libertatem voluntatis humanæ Græci nimis pomposo & ar- roganti vocabulo τὸ αὐτεξέσιον vel τὴν αὐτεξέσιαν appellârunt, quæ vox summam, liberrimamque potestatem, superiori nulli subje- ctam, impedimentis nullis obnoxiam, adeoque plenum αὐτοδυσπα- ρῆν & simplex ἀδυσποτον denotare videtur. Talis verò αὐτεξέσις in nullam cadit creaturam, non in Angelos, nedum in homines.

XIII.

Cum enim hos subjectos esse oporteat, libertatem à jure seu obligatione, quâ quis legibus ita est solutus, ut sit ἀνυπέυθυνος καὶ ἀνεξέταστος citra crimen falsi attribuere sibi nemo potest, sed ὑπεξέσις & potius, quàm αὐτεξέσις dicendus fuerit, cùm à prima cau- sa dependeat, & à legum vel politicarum saltem observantia im- munis esse nequeat.

Non

XIV.

Non igitur simplicem ἀντιξενίαν hīc intelligimus, sed libertatem istam, quā homo ἀνθαίρετως virtutem vel vitium sectari, bonum eligere, malum averiari, legibus politicis reniti vel contemperare, hoc prae altero eligere, hoc, non istud, istud non hoc, prout placuerit, liberrimē sine ulla coactione suscipere & perficere potis est. Hujus quae natura, quod ingenium nunc dispiciamus.

Riccoloni
neus 7. grad. mo-
ral. c. 30.

XV.

Libertatis parentem esse intelligentem animam, & certum est, & dicetur infra pluribus. Ergo vel erit actus aliquis ab anima transiens, vel vis quae iam in anima permanens. Primum He v a u s adsumsit, sed malē. Si enim libertas voluntatis in aliquo consistit actu, elicitusne est à potentia quadam libera, vel non? Si primum, iam libertas antecedit illum actum, qui ob id libertatis ἀστίαν in se continere nequit. Si secundum, actus ille necessarius erit. Quomodo igitur libertas in eo consistet?

Suarez disputa-
tat. Metaph. 19.
sect. 5 num. 4.
Fonseca in l. 9.
Metaph. c. 2.
quest. 2. sect. 2.

XVI.

Constans est, & immobilis, non cedit, reditque in vices, sed hominem comitatur diligentissimē voluntatis libertas. Homo enim non liber hominis titulo quā dignus? Actus autem & operationes adsunt modò, modò absunt, quoniam à natura non insunt, sed à nobis prolubitu fiunt. Toties ergo libertatem homo amitteret suam, suaque adeò privaretur humanitate, quoties non operaretur, quo quid absurdius?

Bellarminus l.
3. de gratia & li-
bero arbitrio c. 8.

XVII.

Quiddam proinde in anima fixum erit: πὰρ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστὶ πὰρ δὲ δυνάμεις, ἐξέεις. Ex his verò quodnam? Affectus obrepunt inconsulto saepe hero, ὀργιζόμεθα γὰρ καὶ φοβόμεθα ἀνθαίρετως; eligere non faciunt, sed eligentem quoties impediunt? Haec autem libertati contraria prorsus. πὰρ δὲ igitur non est.

L. 2. Ethic. Ni-
com c. 4.

Ibidem.

ΕΞΙΣ

XIIX.

Suarez diff. 19.
sect. 5. num. 8.

Thomas per. 1.
Summa, quest.
83. art. 2.

Damasceus
l. 3. de orthod.
fid. c. 14.

L. 2. Ethic. Ni-
com. c. 6

Gregorius de
Valentia tom.
1. comment. diff.
6 quest. 6. pen. 3.

Bellarminus
l. 3. de gratia &
lib. arb. c. 7.

Ἔξις vel dicitur θεός, ἢ ἄνθρωπος, vel ἐμφορῆς, vel ἐπίκτητος. Ex his
libertas nullum. Non illud, cum toti generi humano communis
sit. Non hoc, cum non fiant, sed nascantur homines liberi φύσει
γὰρ θελητικὸς ὁ ἀνθρώπος; ἀδιδάκτα τετὰ φυσικά. Non istud, cum
habitus naturales ad unum duntaxat, vel bonum, vel malum in-
clinent, libertas autem sit ad opposita.

XIX.

Δωάμις igitur. Sed num universalis, an particularis? Pla-
cuit illud nonnullis, libertatem dicentibus potentiam universa-
lem, continentem sub se potentias omnes anime sentientis & in-
telligentis, eò quòd in his omnibus actus inveniuntur liberi. Quasi
verò liberi essent, quatenus ab ipsis, & non potius prout à volun-
tate proveniunt & imperantur. Quòd si omnes δωάμις ex sese li-
bera, annon quot potestates, tot forent libertates? Hactenus au-
tem in uno homine non nisi unam libertatem credidimus.

XX.

Quòd si ergò particularis est δωάμις, vel distincta erit ab
intellectu & voluntate, vel secus. Pro primo pugnat Alexander
Alensis, sed absque victoria. Ubi n. distinctus actus non est, ibi nec
distincta potentia. Quem autem, cedo, actum dabis, ab intellectu
voluntatisque operatione diversum, tertieque isti potentie propri-
um? An movere voluntatem? Sed hoc munus sibi intellectus ob-
jectum proponens, non patitur eripi. An velle primum, ut volo deli-
berare, volo eligere? Verùm voluntatis hæc sparsa est, quam ipsa
ex sese satis ornare didicit. Voluntas enim & se, & alias potenti-
as plærumque movet, & ad agendum applicat.

XXI.

Tandem igitur aut in intellectu solo, aut in voluntate sola,
aut in utroque subsidet libertas. Ad intellectus contubernium ab-
legas? Falleris. Ita enim peccaret aliquis etiam ante consensum
voluntatis. Nam libera legis transgressio peccatum est. Quòd
si ergò in intellectu libertas, peccare hic poterit inconsultà volun-
tate

Scaliger Exer-
cit. 309. sect. 25.

Bell. l. 3. de grat.
& lib. arbit. c. 3.

Piccolom. 2.
grad mora c. 42.

Fonseca in l. 9.
Metaph. c. 2.
quest. 2. sect. 3.

tate. Ubi autem τὸ ἐκείνου non est, ibi peccato locus non datur, a-
iunt Ethici. Peccaret igitur aliquis, antequam peccaret, quod
annon contradictorium? Insuper omnibus penè libertatis vera gra-
dibus desituta est ratio, quod ut ostendamus, distinctiones hæc
prenotanda veniunt.

XXII.

Libertas primùm dispecitur in libertatem à necessita-
te, & libertatem à coactione. Illa est, quâ voluntas non
necessariò determinatur ad unum actum immutabili, sed pro arbi-
trio potest velle & nolle. Ita liberi sumus, quoad studium vir-
tutis, & fugam voluptatis. Ista est, quâ violentus externi princi-
pii impulsus, & adversantia voluntatis impedimenta removen-
tur, ita, ut licet, quæ volumus necessariò velimus, tamen liben-
ter & exgratis illa velimus. Sic nobis benè esse volumus, ut ma-
le esse nullo modo velle possimus.

XXIII.

Deinde, respectu objecti, à nonnullis libertas alia contrarie-
tatis, alia disparationis dicitur. Illa circa objecta contraria, bo-
num malumve: hæc circa multa & disparata versatur media.
Sed diversitas objectorum libertatis formalis per se & precisa no-
ta non est, adeoq; nec de ea hîc multùm erimus solliciti.

XXIV.

Ratione autem actionis dividi potest in libertatem speci-
ficationis & exercitij. Illam voco, quando potentia non est deter-
minata ad certum quendam actum, electionem vel neglectio-
nem, volitionem vel nolitionem, fugam aut prosecutionem, sed
quoad speciem actus circa hoc vel illud objectum omninò est libera
& indifferens. Quoniam v. actus vel sunt ἐναντίοι contrarij,
vel ἀντιπαρῶν contradictorij, potest hîc itidem subdivisio in li-
bertatem contrarietatis & contradictorij institui, quarum
illa, in objectorum contrariorum contrarijs actibus, velle nolle;
hæc in unius objecti actibus contradictorij, velle non velle, occu-
patur.

B

Hanc

Bell. l. 3. de
grat & lib. arb.
c. 4. Triceti-
us l. 3, Institut.
pag. m. 180.

Tataretus in
3. Ethic. quest.
1. fol. 7, b.

Bell. l. 3. de
grat. & lib. ar-
bitr. c. 3. Fon-
eca in l. 1. Me-
taph. c. 1. quest.
1. sect. 4 & in
l. 9. c. 2. quest.
1. sect. 2.

XXV.

Hanc autem, exercitij nimirum, dico, cum dicitur operationem suam qualiscumque, etiam sit, uel suspendere, uel exercere prolubitu potis est. Non ignoramus, terminos hos alio sensu à multis accipi, ita, ut libertas contrarietatis & specificationis, exercitij & contradictionis pro iisdem habeantur: sed ad evitandam confusionem & accuratorem rerum distinctionem, modò dictam eorum significationem retinebimus: Ex his autem libertatis speciebus nullam ferè intellectui convenire, à Philosophis demonstratur.

XXVI.

Bellarminus rationem à coactione non esse liberam, quomodo libera est voluntas, sic evincere conatur: Voluntas libera dicitur à coactione, quia fieri non potest, ut voluntas aliquid velit contra inclinationem suam vel totius suppositi. Nam ipsa inclinatur ad omne bonum, proinde non potest aliquid velle contra suam inclinationem. Et rursus ipsa est inclinatio totius suppositi, ac per hoc non potest velle aliquid contra inclinationem totius suppositi. Ita nullo modo potest cogi, quia non potest fieri, ut velit, quod non vult. At ratio inclinatur quidem ad omne verum intelligendum, tamen ejus inclinatio non est inclinatio totius suppositi, & ideo potest cogi ad cogitandum & credendum contra inclinationem non quidem suam, sed totius suppositi. Ita sæpenumerò qui ægrotant, coguntur credere, se brevi esse morituros, quod omninò refugiant, & si fieri posset, nollent credere. *He, ille.*

XXVII.

Sed in his non assentimur Cardinali. Falsum enim est, quòd ad intelligendum intellectus cogi queat naturaliter. Coactio est, ὅταν ἡ αἴτια ἐκ τοῦ ἐκτὸς εἴη, καὶ ὁ παύσιμων μὴ εὐσυνβάλλεται, quando agens intrinsecus aliò inclinatur, extrinsecus à principio fortiori in partes contrarias rapitur, limpellitur. Moriturus autem cum argumenta satis firma & audit, & sentit, mortis imminere horam, anne intellectus coactè assentitur? Minimè gentium. Non enim hìc extrinsecus impulsus adest, sed ratio ipsa ad assensum conclusionis, si præmissæ fuerint evidenter verae, citra coactionem inclinatur.

Neg.

Tilenus in syn
tag. disput. 57.
Tbe. 19.

L. 3. de grat. &
lib. arb. c. 3. co-
lum. 664. lit.
A & B.

L. 1. Etbic. Ni-
som. c. 1. Pic-
colomineus 2.
grad. mor. c. 12.

XXVIII.

Neq̄, verò hic alia intellectus alia totius suppositi est inclinatio. Actiones enim non δυνάμει, sed πρώτως suppositorum & τῶν κατένευσται sunt. Si igitur intellectus ad assentiendum inclinatur, utiq̄ & homo. Huic enim omnes operationes siue ἐπιμένοντες fuerint, siue μεταβαίνοντες, primò conveniunt. Sed lapsus est Iesuita in eo, quòd assensum enunciationis, à re enunciata non distinxerit. Positis signis infallibilibus morbi mortisve, non intellectus solus, sed totum potius suppositum inclinatur ad credendum effata hæc, Tibi mox egrotandum, mox moriundum erit: neq̄, assensum his præbere contra naturam & voluntatem hominis est. Rem verò credendam, morbum mortemve, inclinationi & constitutioni hominis contrariam esse, non diffitemur.

XXIX.

Etiamsi verò à coactione liberatus sit intellectus noster, necessitatis tamen jugo graviter implicatus tenetur. I. Quoad specificationem actuum contrariorum & contradictoriorum. Ex natura enim sua determinatus est, ita ut assentiat vero, & dissentiat à falso, neq̄, potest vero, si exactè fuerit propositum, non assentire, aut ab eo dissentire, neq̄, falso, si ritè cognitum, consentire aut ab eo non dissentire. Voluntas autem licet quoad genus determinata, sit ad bonum, tamen quoad speciem boni, accuratè etiam propositi, indifferens est, ita ut illud vel eligere vel rejicere queat liberrimè.

XXX.

Rationem cape isthanc. Intellectus objectum est τὸ ἀληθές, voluntatis τὸ ἀγαθόν, veritas autem consistit ἐν ἀπόμω, ideoq̄, in uno objecto veritas cum falsitate cohabitare nequit. Quamobrem intellectus quoad speciem actus est determinatus. Bonum verò quoniam in convenientia consistit, idemq̄, huic rei nunc conveniens, nunc esse potest in convenientia, hinc voluntas indifferentiã habet quoad objectum suum, ut illud vel eligat, vel repudiet, prout placuerit.

XXXI.

II. Quoad exercitium. πᾶσι ὃ πρᾶξις ἀγαθῶν τινὸς ἰφισῶ

B 2

Metaphys. u.
min. c. 1. & l. 1.
Eab. Nicom. c.
1. Scaliger Ex-
erc. 251.

Suarez disput.
19. sect. 5. num.
14

Javellus l. 9.
Metaph. quest. 5.

Scaliger Ex-
erc. 307. sect. 27.
Javellus l. 9.
Metaph. quest.
4.
Fonseca in l. 4.
Metaph. c. 2.
quest. 7. sect. 5.

L. 1. Eth. Ni-
com. c. 1.
Collegium
Conimbr. in
13 de ani. c. 13.
quest. 1. art. 3.
& quest. 3. art. 2.

Tataretus l. 3.
Eth. quest. 1.
fol. 7. b.

Suarez disput.
19. sect. 5. num.
173. 18. & seqq.

Damasceus
l. 3. de Ordo.
fide c. 14.

in *Quis* donet. Et nulla suscipitur actio, nisi ex appetitu boni. Hic enim ad agendum irritat. Ergo & intellectus ad intelligendum ab appetitu inclinatur. Hic autem in anima rationali ipsa est voluntas. Non igitur seipsam ad operandum applicat ratio, sed ejus actio vel actionis cessatio ab appetitu totius suppositi vel voluntate humana suadetur & proritur. Propendet quidem *Quis* ad intelligendum intellectus, sed quod hoc & non alio tempore, illud & non istud intelligere aggrediatur, id non in intellectum, sed appetitum seu voluntatem suppositi referendum est unice.

XXXII.

Hinc à nonnullis statuitur, voluntatem ob imperium suum in intellectum, excoecare eundem *επηκουῶς ἢ ἰερῶς*, privative & positive. Illud quia potest intellectum avertere à consideratione recta. Unde voluntas eliciens oppositum alicujus recti dictaminis, non permittit intellectum diu permanere in illo dictamine, sed avertit ipsum, & convertit ad considerandum rationes pro opposito. Hoc autem, quia sicut voluntas rectè eliciens finem, precipit intellectui considerare illa, quæ sunt necessaria ad illum finem: ita voluntas eliciens sibi malum finem, precipit intellectui invenire media ad illum malum finem.

XXXIII.

Porro nulla potentia formaliter libera est, cujus actus non sit intrinsecè voluntarius. Omne enim exercitium actus aut ex natura instinctu, aut ex elicitâ operantis inclinatione exoritur. Illud naturale, hoc voluntarium appellabimus. Libera verò facultas naturali tantum pulsu ad agendum non movetur. Sic enim libera non esset. Quod si voluntariè, tum aut extrinsecè & imperativè per actum voluntarium ab alia potentia elicatum, aut intrinsecè per seipsum, non movente alio. Illud libertati formali contrarium: Hoc autem ab intellectu alienum. Potentia igitur formaliter libera non est.

XXXIV.

Sed annon & intellectus indifferens? Nonnè voluntatis in-
diffe

differentia ortum trahit ex indifferentia iudicij rationis? Distinguen-
dum hic est inter indifferentiam objectivam & forma-
lem. Illa in diversimodè iudicando & objecta varia proponen-
do, ista in propositis liberè eligendis vel negligendis consistit. Illa
intellectus, ista voluntatis est propria. Nam, ut Iavellus scri-
bit, intellectus movet voluntatem in genere causæ finalis
proponendo objectum, voluntas autem movet intellectum
in genere causæ efficientis, imperando, ut intelligat. Motio
verò ista intellectus causa libertatis prima non est, cum & sæpè
desit, & presenti voluntas non semper assentiatur.

XXXV.

Est haud dum omnem superasti difficultatem. Quando e-
nim intellectus continuato quodam actu, exempli gratia de veritatis
natura discursum instituit, annon in ista Invidia per se ipsum
& intrinsecè liber est? Iam affectiones veri speculatur, mox con-
fert cum alia entis proprietate, mox oppositam falsitatem conside-
rat, mox in causas veri digreditur, in diversa, in contraria,
similia, dissimilia, & id genus alia. Neq; enim in contemplando
ad leges methodi adstringitur, ut exordium semper à definitione
ducat, post subiectis divisionibus, in proprietatum consideratio-
ne acquiescat. Mancipium tale nol. fingere; arbitrariè potius in
rerum contemplatione versatur intellectus noster. Unde verò li-
bertas ista? Nonne intrinsecè adhaeret intellectui? Vel num exi-
stimabimus, eum causas, non affectiones rei speculari volentem pri-
us veniam, ut sibi hoc liceat, à voluntate tanquam severo pra-
dago, petere & impetrare?

XXXVI.

Ut ex hac etiam difficultate emergamus, arbitramur inter
discursum praemeditatum & extemporalem esse distinguen-
dum. In isto deliberamus & rationes conferimus, quo ordine
quave Methodo rem contemplari sit consultius; ubi si accesserit ju-
diciū intellectus, voluntas id liberè eligit, decernitq; , ut hoc &
non alio ordine in proposita questionis tractatione progrediamur.

Suarez diff. 19.
sect. 5. num. 22.
Fonseca in l. 9.
Metaph. c. 2.
quest. 2. sect. 1.

L. 9. Met.
4. & 5. qu.

Fonseca in l. 9.
Metaph. c. 2.
quest. 3. sect. 1.

Gregorius d.
Valentia to. 10.
2. Comment.
Theolog. disput.
2. quest. 4.
punc. 1.

Colleg. Co-
nitabr. in l. 3 de
anima c. 13.
quest. 1. art. 3.

Fonseca in l. 9.
Metaph. c. 2.
quest. 2. sect. 4.

Idem quest. 1.
sect. 2.

Lombardus l.
2. Sentent. dist.
25. lit. E Gre-
gorius de Va-
lencia tomo 1.
Comm. Theolog.
diffut 6. quest.
6. puncto 2.

Hic igitur libera certæ methodi electio soli accepta fertur volun-
tati.

XXXVII.

In discursu autem extemporalis, porro distinguimus ejus ex-
ordium finemque à progressu & processu. Illa cum non nisi ab
appetitu totius suppositi proveniant, hoc est, intellectus incipiat &
desinat discurrere, quando & quamdiu homini placuerit, ob id à
voluntate, non intellectu ista liberè determinari certum est. Ha-
ctenus ergò libertate intrinsecà intellectum non donamus.

XXXVIII.

Sed nec quoad progressum discursus. Quamvis enim multa
in ratiocinando obveniant voluntate inconsultà: tamen intelle-
ctus propterea libertate intrinsecà non fruitur, siquidem & ipsi in-
scio ista potius incidunt, quam ab ejus consilio judiciove proveni-
ant. Vbi verò nulla præcessit rei consideratio, nedum delibe-
ratio, ibi locus libertati formali relinquitur nullus. Sæpè autè
in discursu extemporalis talia succurrunt, quorum ne quidem per
septimanas bene multas memineras. Qui igitur illa ab intellectu
liberè eligente ortum traxisse autumabimus?

XXXIX.

Num ergò tales ratiocinationes necessariae erunt, si non liberae? Nec hoc
quidem, quoniam nec semper, nec in omnibus reperiuntur. Quid igitur?
Neque necessariae neque liberae, (nisi ratione principij & finis) sed contu-
gentes dico, quæ continguntia ex naturali intellectus oritur indifferencia.
Quia enim huic non certus argumentorum numerus, vel ratio invariabilis
prescripta est, hinc contingit, ut unus hoc modo, mox alio, sæpè distinctius,
nonnunquam intricatius ratiocinetur, quæ omnia ad liberam quandam in-
tellectus electionem reduci nequeunt, cum præter opinionem & sp. in ejusquam
sæpissimè eveniant.

XL.

Evidentum ergò hæctenus, quòd in intellectu formale li-
bertatis locari nequeat. Quid si autem conjunctim ad in-
tellectus voluntatueq; contubernium referatur? Ita quidem
rari sunt Magistri nonnulli qui liberum arbitrium facultatem
ratio-

rationis & voluntatis, liberum quantum ad voluntatem, arbitrium, quantum ad rationem nominare voluerunt.

XL I.

Sed neque hoc admitti posse facile intelliget, qui assensum modò dictis præbuerit. Si enim intellectus formaliter liber non est, utique nec in aggregato utriusque potentie libertas consistet. Hoc enim si esset, intellectus quoque πῶς, licet non ἀπὸ πῶς, liber foret, & quidem libertate intrinsecâ. Hujus autem essati falsitatem satis docuerunt præcedentia.

XL II.

Tandem igitur ex hæcenus dictis sequitur συμπέρασμα hoc: Ergò libertas intrinseca & formalis in sola hominis voluntate quiescit. ὅπερ εἶδει δεῖξαι. Conclusioni huic assentiunt Thomas, Bellarminus, Suarez, Iavellus, Fonseca: dissentiunt Scotus, Piccolomineus & Tilenus.

XL III.

Sed num voluntas aliud, aliud voluntatis libertas sit, queritur. Ambiguum hic est voluntatis vocabulum. δεῖ γὰρ εἰδέναι, ὡς τὸ θέλημα ποτε μὲν τὴν θέλησιν δηλοῖ, ἢ γὰρ τὴν θελητικὴν δύναμιν, hoc est, Voluntas vel ἐνέργειαν notat vel ἐνέργημα, actum primum vel secundum, operandi vim vel operationem ipsam. Si hanc res manifesta. Qui enim parens à sobole sua non distingueretur, Sin illam, dico cum Damasceno, αὐτεξισιότης ἕδεν ἕτερόν ἐστιν? εἰ μὴ ἡ θέλησις. Si namq; diversa forent, accidenti inesset accidens. συμβεβηκὸς δὲ ἔσ' συμβεβηκόςτι συμβεβηκός. Quod si anima ipsi inesse dicatur libertas, jam non voluntatis erit propria, sed tertia quæpiam potestas, ab intellectu, voluntateq; sequestrata, quod absurdum suprâ rejecimus.

XL IV.

Quamvis autem re non differat à voluntate libertas, mentis tamen nostræ operâ distinguuntur ita, ut voluntatem quasi quoddam σύνολον, libertatem verò instar formæ concipiamus. Nam voluntas nobis est velut compositum quiddam, suo constans materiali, suo itidem formali.

Illud est potentia, hoc potentia

Suarez disp. 19. sect. 1. num. 21.

Parte 1. Summæ quest. 83. art. 1. L. 3. de gra. & lib. arb. c. 2. disp. 19. sect. 5. L. 9. Metaph. quest. 4. In l. 9. Metaph. c. 2. quest. 2. sect. 3. In 2.

Sentent. dist. 24. Grad. mor. 12. 6. 43. In symag. disp. 57.

Damasc. l. 2. de Orb. Fide c. 22. Armandus de Bello Vifu tract. 2. c. 145. L. 3. c. 14.

Thomas O-puse. de poten. ani. c. 7. & par. 1. Summæ quest. 83. art. 4. Gregorius de Valentia tom. 1. disp. 6. quest. 6. puncto. 3.

Javellus l. 9. Metaph. quest. 5.

Quæ III. An
 voluntas libe-
 ra à iudicio
 rationis pra-
 ctico deter-
 minetur?
 Thomas par. 7.
 quest. 83. art. 3.
 Et prima secun-
 da quest. 9. art.
 1. Scotus in 2.
 Sen. dist. 6.
 quest. 1. J. vel-
 lus l. 9. Me-
 taph. quest. 5.
 Bell. l. 3. de
 gra. et lib. ar. 6.
 c. 1. et 9. Gre-
 gorius de Va-
 lentia tom. 2. di-
 sp. 2. quest. 4.
 pun. 1. et qu. 12.
 pun. 1. et 5.
 Colleg. Co-
 nimbr. in 1. de
 anima c. 13. que-
 4. Fonseca in
 l. 9. Metaph. c.
 2. quest. 3. Sua-
 rez diff. 11.
 sect. 6.
 Fonseca in l.
 9. Metaph. c. 2.
 quest. 3. sect. 1.
 Damascenus
 l. 3. de fide c. 14.
 Colleg. Co-
 nimbr. in l. 3.
 de ani c. 13. que-
 4. art. 3.

potentia libertas, unde si copuletur utrumque, voluntas nihil est
 aliud, quam potentia libera, quæ sui actus est domina, illumque
 pro arbitrio & producere potest; & non producere. Atque hinc fit, ut
 vocabulis etiam distinguantur, & non dicatur, libertas est volun-
 tas, vel contra sed libertas est voluntatis vel in voluntate, &
 rursus, voluntas habet libertatem; vel libertate prædita est.

XLV.

Ulterius verò disquirendum, An voluntas ita sit libera,
 ut planè non pendeat, vel determinetur à iudicio rationis ul-
 timo, quod vocant practicum? discrepantes hinc Sophos inve-
 nies. Affirmativa alijs, alijs negativa arridet. Nobis fermè aqua
 herere videtur.

XLVI.

Si cum Scoto statuerimus, mox objici audiemus istud *ἑρῶδης*:
ἑρῶδης: Voluntas non fertur, nisi in objectum cognitum, &
 per rationem propositum. Quod si hoc, nihil eliger voluntas, nisi
 quod eligendum dicta verit ratio. Si hoc, voluntas non omninò in-
 dependens erit. Sin autem Thomæ viam ingressi fuerimus, suâ vo-
 luntatem libertate injusti prædones spoliabimus. Quis enim libe-
 ra foret voluntas ea, quæ dicitur eligendi quod placuerit, caret, &
 intellectui obsecundare necessum habet? Istud formaliter liberum
 est, quod objectum ab intellectu cognitum propositumque pro arbitra-
 tu potest vel recipere, vel rejicere, quâ potentiâ exiit voluntas,
 si dicta mini rationis ita subditur, ut contra istud tentate vel sus-
 cipere nihil omninò valeat.

XLVII.

Difficultas certè non exigua hinc delitescit, quæ ut augeatur
 sequentia perpende. Certum est, non cæco quodam impetu ferri
 voluntatem hominis in appetitione. Certum est, ipsam ex se non
 cognoscere, quid utile, quid noxium, quid eligendum, quid ve non
 eligendum, sed intellectus hoc proprium esse munus. Certum ite-
 dem est istud, voluntatem rationis iudicio obtemperare. Vt ergo in-
 tellectus iudicavit, ita voluntas appetit. Si intellectio vera, ele-
 ctio quoque bona: sin ista falsa, & hæc mala est.

Quomo-

XLIX.

Quomodo igitur voluntas erit libera? Servus secundum heri
 iudicium agens, in actionibus suis liber non est, cum ea agat, quae
 ipse non intelligat, sed ab intelligente heri praecepta esse percipiat.
 Parili modo & voluntas serva erit. Nam quid agendum sit igno-
 rat ipsa, & judicantem, operasque praescribentem audire cogitur
 intellectum. Hic confert & considerat omnia, & quae ipsi visa fue-
 rint conducibilia, voluntati tanquam famula morigera, praescribit
 & imperat.

Gregorius de
 Valentia tom.
 2. disput. 2. quest.
 12. punc. 7. & 8.

XLIX.

Ea de causa primum erroris latibulum mens nostra, non vo-
 luntas & vulgò & verè constituitur. Cur non ergò & mens pri-
 mò libera? Imperanti potius, quam famulanti, moventi quam mo-
 to operationes assignare consuevimus. Imperat autem ratio, mo-
 vet, & quae agenda sint monet: Exequitur voluntas, & herili ad-
 monitioni obtemperat, non repugnat, non reluctatur, sed in iudicio
 suae dominae humilis pedissequa acquiescit. Cur ergò rationem li-
 bertate nullà domamus?

L. 3. Etb. Nic. 8.
 1. 3. & 3. l. 6. 2. 120
 & 13. l. 2. 0. 2.

Fonseca in l. 9.
 Metaph. 2. 2.
 quest. 6. sect. 2.

L.

Bardus sis oportet, nisi insignem hic difficultatem animadver-
 teris, nostris fermè viribus majorem. Eam tamen qualitercunque
 sustollere allaborabimus. Notes igitur cum de determinatione &
 motione voluntatis disputatur, quòd non tam de exercitio, quam
 specificatione actuum sermo sit. Quoad illud enim non movetur
 semper ab intellectu, fatente id ipsum Gregorio de Valentia, acri-
 alias determinationis intellectualis propugnatore.

Tomo 2. disputa.
 2. quest. 4. punc. 5.

LI.

Specificationem igitur quod attinet, sic statuendum esse cen-
 semus: Res, quae sub volitionem liberam cadunt, vel $\omega\pi\alpha\sigma\pi\epsilon\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$;
 vel $\acute{\alpha}\nu\theta\upsilon\ \omega\pi\alpha\sigma\pi\epsilon\tau\epsilon\sigma\omega\varsigma$ experuntur: In has voluntas saepè fer-
 tur absque praevio rationis deliberantis iudicio. $\Phi\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\iota$ enim sua
 propendet & inclinata est ad earum tum receptionem, tum re-
 jectionem.

L. 3. Etb. Nic.
 6. 4. & 5.

C

Tales

Tales volitiones vel sunt ἐπιένεσται & internæ, quarum obiectum est intrinsecum, vel μεταβαίνεσται & externæ, quarum obiectum est extrinsecum, & vel finis, vel media. In omnibus abest quandoque deliberatum mentis iudicium, quod nonnulli vocant indicativum. Volitio enim intelligendi, vel rem quandã considerandi, quæ ἐπιένεσται est actio, citra suasionem intellectus sæpè suscipitur. Absque hoc enim si esset, nullo fine terminaretur progressio.

LIII.

Nam cum intellectus ad intelligendum à voluntate semper applicetur, utique non intelligam, nisi prius intelligere voluerim. Ast, si hypothesis vera, voluisse non potui, nisi intellectus hoc suaserit. Atqui suadere non potuit, nisi ut suadeat voluntas voluerit. Ast hæc non voluit, nisi intellectus ut velit præceperit. Præcepisse hic non potuit, nisi voluntas ad præcipiendum inclinaverit.

LIV.

Vides perpetuam reciprocationem, & infinitam progressionem suborituram, si iudicium rationis primam omnis volitionis causam dixeris. Ergò, ut subsistamus tandem, talium intrinsecarum actionum ἀίτιον ἡρώτων non pronunciamus solam & ἀμεσσοῦ Dei operationem, ut Thomæ placuit, sed ἐϋδοκίαν & beneplacitum hominis liberrimè agentis. Ut quòd modò in huius modò illius thematis contemplatione versamur, id fit saltem, quia volumus, non quia suavit ratio, ut velimus. Utriusque problematis cognitio sit necessaria sit jucunda, sit frugifera, sit intricata: quoniam autem semel utrumque considerari nequit, hoc aggredior, non illud, idque ex simplici voluntatis meæ ἐϋδοκίᾳ.

LV.

Pariter sese res habet in actibus intellectus practici. Proposito objecto, sensuali præsertim, fugiendo vel acceptando, voluntas statim imperat, ut intellectus consulat & deliberet. Neque præcedit semper deliberatio prior, quã deliberem, an voluntas velle debeat, & imperare mentis super objecto consilium & iudicium.

Sic

Fonseca in 1.º
Met. c. 2. quest.
1. sect. 4.

Iavellus 1.º
Metaph. quest. 9.

Parte 1. summe
quest. 82. art. 4.
& 1. 2. quest. 9.
art. 4.

LVI.

Sic finem ultimum, bonumque summum voluntas exoptat naturali propensione, non intellectus petit consilium, sed ex natura sua bonum vel sibi bene esse semper desiderat, malum autem vel sibi male esse semper averfatur. Quarentem igitur, cur voluntas non nisi bonum cupiat, ad voluntatis ingenium & conditionem, non intellectus suasionem remitto. Ista enim prima appetitionis causa est. Nam dum modò audieris & cognoveris summum bonum statim id expetis, nec judicium & consilium rationis vel postulas, vel expectas.

LVII.

Similiter contingit, quando media habemus paria prorsus & equalia, ut Medicus saepè similia, & agrotanti ex a quo conducenda novit medicamenta; viatori aequales prorsus viae nonnunquam sunt propositae. Quòd autem Medicus hoc, non illud à λειξ. Παρμακον patienti applicat, viator istam, non hanc viam eligit, non ex praevio quodam mentis discursu sed ex mero voluntatis beneplacito creberrimè evenire consuevit.

LIX.

Patet igitur ex his, & id genus alijs, non in omni volitione praequiri deliberationem rationis, ejusque judicium & persuasionem, sed multas aetiones absolutas esse, ab intellectu taliter vel taliter judicante non dependentes.

LIX.

Sed quae volitionis ratio est circa res eligibiles? Expressit eam Bernhardus, his verbis: Voluntas quocunque se volverit, semper comitem rationem habet, non quòd semper ex ratione, sed quòd nunquam absque ratione moveatur. Concurrent enim plerumque, imò semper actus quatuor, quorum priores duo cum postremo omni volitioni communes sunt, tertius autem proprius manet δελήτης rerum eligibilium; ultimum ad voluntatem, praecedentes ad intellectum referimus.

L. i. Eid. Nic. o.

Gregorius de Valentia tom. 2. diffus. 2. quest. 2. punc. 2.

L. de gratia ex lib. arbitrio.

Iavellus l. 9.
Metaph. quest.
5. & 6. Tataricus
in 2. de ani.
fol. 96. a.

Gregorius de
Valencia tom.
2. disput. 3. quest.
1. pun. 3.

Piccolom.
grad. moral. 3. c.
28.

Thomas par.
1. summe quest.
22. art. 4.

LX.

Primus est, Objecti cognitio. Nihil enim est volitum, quod non prius præcognitum. Nam ignoti nulla cupido. Igitur volitionem omnem præcedit objecti eligendi yvōsis, ut ce i simus, tum de υπάρεξι, tum etiam quadantenus perspectam habeamus ejus scilicet & essentiam.

LXI.

Secundus est, Cogniti propositio. Nam quando intellectus cognovit quoddam objectum, sibi primitus oblatum, tum id ipsum etiam voluntati vel eligendum vel negligendum proponit, seu potius homo ipse apprehendit, & sibi proponit objectum. Si enim voluntati πρῶτος & præcisè proponeretur, statim spinosum istud ζήτημα moveretur, An voluntas propositum intelligat vel secus? Si hoc, frustranea foret propositio. Sin istud, voluntas esset intellectus, quod oppidò absurdum.

LXII.

Ne igitur his & similibus senticetis implicemur, semel hic monemus, actiones omnes intellectui vel voluntati consuetas attribui, ijs non tanquam subiectis primis, sed tanquam instrumentis esse attribuendas. Homo enim primò intelligit, & objecta concipit, homo primò vult & eligit. Intelligit autem non άμέσως, sed mediante intellectu, vult itidem non άμέσως, sed mediante voluntate, unde & homini, & hominis potestatibus actiones adscribuntur, illi πρῶτος & principaliter, his όργανικώς & instrumentaliter.

LXIII.

Tertius, Propositi persuasio, (quâ voce generaliter utimur, ut & affirmationem & negationem in se comprehendat.) Quamprimùm enim objectum fuit propositum, intellectus istud examinat, ane sit conveniens vel disconveniens. Et si convenientiam in eo deprehendit, persuadere, si disconvenientiam, dissuadere conatur, suis adductis rationibus & argumentis.

Atque

LXIV.

Atque hic maximè ista viget difficultas. Talis enim persuasio, & voluntatis ad volendum motio, libertatem penitus destruere & enervare videtur. Sed verè videtur saltem destruere, non reipsa destruit. Distingvimus enim inter intellectus persuadentis iudicium, & ejusdem imperium. Iudicat intellectus, & docet, quid sibi bonum & eligibile præ cæteris videatur, non autem imperat, vel impellit. Illud autem iudicium & admonitio ista libertatem non tollit, siquidem in meo adhuc est arbitrato iudicanti intellectui liberè obedire vel reluctari. Nostrarum enim actionum intellectus principium saltem directivum est, voluntas verò imperativum, atque primariè effectivum, inquit Commentator Damasceni.

In l. 2. de orb.
Fide c. 10.

LXV.

Sed nondum omne sublatum dubium. Intellectus enim objectum voluntati sepè offert, non ut eligibile, sed potius ut eligendum, & non docet modò quid agendum, sed jubet quoque & quasi trahit ad volendum, quod annon libertati contrarium? Ut & hinc nos extricemus, dico res eligibiles vel suo genere esse malas aut bonas, vel neque bonas neque malas, sed indifferentes. Si bonæ sunt, maleve, eligimus eas, & sectamur, vel ex habitu, vel sine habitu. Si ex habitu, non semper actu præcedit iudicium & deliberatio mentis, sed voluntas sepè per istum habitum promptissime fertur in objectum, ut intemperans æzet, luxuriandi occasione oblata, non primùm deliberat, quid agendum, quomodo ve vivendum, sed statim sine discursu intemperantia se totum prabet.

Gregorius de
Valentia rom.
2. disput. 2. quest.
4. punct. 1.

LXVI.

Hic igitur iudicium nullum, nisi virtuale, dum aliquis semel vivendum esse intemperanter iudicavit, uude etiam actiones tales non simpliciter dicuntur liberæ, nisi quoad principium, sed quodammodo necessariæ. Tataretus nominat Voluntarias liberæque non formaliter, sed virtualiter. τῶν μὲν γὰρ πράξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους κύριοι ἐσμεν, τῶν ἕξεων δὲ τῆς ἀρχῆς.

L. 3. Eib. fol. 9.

L. 3. Eib. Nico.
c. 2.

LXVII.

*Sin autem auctus est bene vel male agimus, ibi tum semper
judicium rationis precedit, idque non simplex sed geminum, sic
bique invicem oppositum. Duo enim in homine diversissima
sunt principia, ὁρθότης καὶ κακότης, rectitudo, & si fas ita loqui,
irrectitudo seu depravatio rationis, prurigine variorum affe-
ctuum undiquaque permixta. Aliter judicat ratio recta, aliter
prava, vel homo potius auctus sentit secundum rectam auctus se-
cundum pravam rationem. Atque hinc judiciorum diversitas, hinc
lucta & pugna in homine emergit saepe gravissima.*

LXVIII.

*Proponitur virtus, quae vel sequenda, vel fugienda. Iudicat
ratio, quid faciendum: sed num sapientius? Minimè, sed prorsus a-
stus. In quantum recto est, virtutem eligendam, voluptates omnes
detestandas, execrandas statuit. Adfert insuper ingentem argu-
mentorum struem, quibus hoc persuadere sollicitè allaborat: Sed
recto huic rationis recta judicio mox contradicit mens corrupta,
perturbationibus immixta, quae ad voluptatem inclinatur, & judicat
longè utilius & consultius, si voluptas, non virtus eligatur.*

LXIX.

*Quid hic voluntas vel homo voluntate praeditus? Haeret du-
bius, & cui assentiatur, ambigit. Considerat momenta argumen-
torum, & saepe intelligit rationem rectam melioribus niti funda-
mentis. Quid fit? Assensum praebet rationi pravae & appetitui ma-
lo, nec virtutem sed voluptatem eligit, quamvis virtutem hone-
stiolem esse cognoscat, sicuti de se fatetur Medea Ovidiana:*

*Sed trahit invitam nova vis, aliudque cupido,
Mens aliud svadet. Video meliora, proboque,
Deteriora sequor,*

LXX.

*Atque hic maximè apparet voluntatis libertas. Non enim
determinari potest à iudicio rationis, cum illud duplicatum sit &*

contra-

Petrus Martyr
in L. C. tra. de
lib. arb. m. p. 973.

Gregorius
V. de
lib. arb. m. p. 973.

L. v. Meta-
morph.

contrarium, suadens tum bonum ἀληθές, tum φαῖνόμενον, quod κατ' ὄρασιν saltem, non κατ' ὄρασιν bonum est. Neque argumentis semper eò adducitur, cum ex parte rationis stent, & stare cognoscat solidiora, sed ex mera εὐδονία, rationis rectæ iudicio spreto, pravæ acceptato, sensu irritante, sollicitante appetitu, voluptatem homo eligit, & virtutem averfatur.

LXXI.

Hoc enim nisi foret, quam causam diceremus, cur duobus æqualiter animo & corpore affectis, objectâ eadem pulchritudine, unus illorum ad illicitè perfruendum moveatur, alter in voluntate pudica stabilis perseveret? In utroque recta ratio dissuasit, depravata suasit impudicitiam, pulchritudo corporis utriusque aspectui pariter obiecta est, uterque ab extrinseco nullo impulsus fuit, & tamen hic ad illicitum facinus declinavit, ille ab eodem abhorruit. Quæ causa alia, nisi sola voluntatis potestas libera?

LXXII.

Neque verò existimandum iudicijs illis contrarijs aliud & quasi tertium semper supervenire iudicium, quo huic, non isti, isti non huic obsecundandum esse iudicem & decernam. Fieri hoc neque necessarium est, neque usitatum, sed voluntati ipsi immediatè relinquitur optio, eligendi pro arbitratu quod placuerit, alias nullo sine terminaretur progressio, & in infinitum fermè actus multiplicarentur, nisi in voluntatis libertate tandem acquiescimus. Imò tale iudicium ἐκ τῶν ἀδυνατῶν est. Non enim plura iudicandi sunt principia, quàm duo, ratio recta & prava: suum illa, suum & ista eget iudicium, neque datur vis quæpiam tertia, quæ de his dissidentibus heris sententiam ferat iudiciale & decisoria. Quod si autem tale quidpiam evenire videtur, dum me hoc, non illud facturum statuo, nihil id est aliud, quàm ipsa libera voluntatis electio & ad partem unam inclinatio.

LXXIII.

Res verò quod attinet indifferentes, & suo genere nec bonas

nec

Tatarenus l. 3
Erb. quest. 1.

Augustinus l.
12. de Civit. Dei
c. 6.

nec malas, ea sunt vel objecta extrinseca, vel actus intrinseci, ut speculari, meditari &c. Utrorumque electio prærequirit iudicium rationis, quod iridem vel simplex est, vel geminatum. Sæpè enim fit, ut in volitione rerum indifferentium duplex præcedat iudicium, non quidem contrarium, quod nonnulli vocant comparativum, sicut in bonis malisve, ubi pro contrarietate objectorum, contraria formantur iudicia, & hoc præ illo eligendum statuitur, sed contradictorium vel absolutum, quod unum habet objectum, idque eligendum vel non eligendum, respectibus tamen diversis existimat.

LXXIV.

Ut si ad convivium voceris, mens iudicat, illi interesse, jure amicitia & humanitatis, mox ob evitandas potationes ut non intersis, putat monetque. Vides hic duo iudicia, sed non contraria, verum contradictoria, quia rem unam alterum suadet, dissuadet alterum, ubi summa iridem libertatis voluntas, quippe potens vel isti vel illi iudicio obtemperare.

LXXV.

Quòd si verò simplex est iudicium intellectus, motionem non præceptoriam, sed svasoriam, indicativam non imperativam illi concedimus, quæ potestatem liberam non evertit. Voluntas nostra libera est, non tamen bruta, non cæco quodam fertur impetu, sed suâ movetur ratione. Harmonia igitur hic est suavissima inter mentem & voluntatem, ita, ut unius actio alterius opus non amoveat, sed promoveat, perficiat, non interficiat.

LXXVI.

Etiam si igitur intellectus quid agendum sit, ostendat & moneat, voluntas monenti sequatur, tamen non coactè sequitur vel prorsus necessario, verum liberrimè, quoniam svasio intellectus non necessitat, non cogit, sed solum amicè invitatur, cui quòd non reluctatur voluntas, id non ex impulsu quodam necessario, ut nonnullis placet, sed ex libera conspiratione facultatum dependet.

Amicus

Suarez diff. 19.
sect. 7. num. 6.

Fonseca in l. 9.
Metaph. c. 2.
quest. 1. sect. 2.

Gregorius de
Valentia tom.
1. disput. 2. quest.
4. punc. 1. Da-
mascenus l. 3.
de orb. Fid. c.
14. Petrus
Martyr clas. 2.
L. C. 9. 20.

Gregorius de
Valentia tom.
1. disp. 6. quest.
6. punc. 9.

LXXVII.

Amicus probus, quia talis, amico iusta petenti & bona monenti semper obtemperat, & tamen liberè, non necessario. Sic cum naturalis sit inter mentem voluntatemq; non amicitia modò, sed consanguinitas potius, sorores enim sunt, uno parente animo natae, ob id in consultâ mente non facilè aliquid voluntas suscipit. Quando igitur intellectus circumspicit quid agendum, & hoc non aliud agendum esse evidenter demonstrat, semper vel certè plerumq; voluntas obsecundat, & nihilominus liberè quoniam iudicium intellectus saltem amica invitatio, non rigorosa & necessitans, cogensve est præceptio.

LXXVIII.

His ergò precedentibus rationis actibus, libertatem nullo modo destruuntibus, sequitur tandem quartus, qui voluntatis est, nempe objecti persuasi electio, dum quod eligibile iudicatum fuit ab intellectu, voluntas eligit, & totis viribus, omniq; nisu in id unicè fertur & contendit. Eligit autem, non impulsâ ab alio quodam principio, vel externo, vel interno, à se diverso, sed ipsa se ipsam immediatè movet & ad agendum applicat, alioquin actio voluntatis non esset in eius potestate.

LXXIX.

Sola igitur voluntas libera est, suamque ab intellectu libertatem non mutuatur: libera autem non intrinsecè saltem & elicitive, ut vocant, sed extrinsecè quoque & imperativè, hoc est, non solum ipsa suorum actuum est domina, & illos à se dependens producit, suspendit q;, sed & potentijs plerumq; imperat alijs, easq; pro lubitu vel ad agendum applicat, vel ab agendo avocat. Atq; hoc sensu libertas voluntatis vel voluntas libera, potentia activa verè dicitur, non absolutè tamen activa, ut vult Bellarminus, cum ab objecto suo moveatur, quin & ab intellectu practico quasi trahi ab ipso concedatur.

D

Sed

Idem tom. 4. disput. 2. quest. 4. pun. 1.

Commentator Damasceni in l. 2. de Fide c. 26.

Bell. lib. 3. de gra. & lib. arb. c. 13. Scotus in 2 sentent. dist. 25. Scaliger Exere 307. sect. 25.

Thomas par. 1. q. 82. art. 4. Colleg. Conimbr in l. 3. de ma c. 13 q. 1. art. 3.

Gregorius de Valentia tomo 2. disp. 2. quest. 12. pun. 5. Fonseca in l. 9. Meta. c. 2. quest. 3. sect. 2. L. 3. de gra & lib. arb. c. 10.

LXXX.

*Sed quid opus operosa hac expositione, quomodo libertas in voluntate sita sit, non intellectu, quomodo iudicium mentis precedat, libera voluntatis electio subsequatur, cum duo illa *ὄντως* & realiter non differant? Una enim res est anima, intellectus, voluntas. Anima essentiam dicit, intellectus ea est ipsa essentia, ut apprehendit, voluntas est idem, quod essentia illa intelligens, atque extendens sese ad illam rem cognitam potuendam. Ad quid igitur anxiosa ista & laboriosa disquisitio, de libertate voluntatis formali, de iudicio & determinatione intellectus? Quin potius viam hanc facilem ingrediamur, & animam immediatum suarum effectuum principium dicamus ideoque ipsam primò liberam, libereque intelligere & intellectum eligere statuamus.*

LXXXI.

*Ita quidem censuit Franciscus Piccolomineus, ponens hypothesein istam, Vires animæ ab essentia eius non distingui, sed facultatem appetentem & cognoscentem re unum esse. Cui *ἔγωγε* cum assensum non præbamus, sed contrarium, alibi rationibus sat firmis probatum, assumamus: ob id modò factum discursum non inutilem aut supervacaneum fore existimamus, vel eo potissimum nomine, quòd inde natura electionis liberae, actuumque subordinatorum, & se invicem consequentium series non nihil luculentius cognoscatur, qui fixi manent, & scitu sunt necessarij, si ve duæque animæ realiter differant, si ve intrinsecè & essentialiter conveniant.*

LXXXII.

*Ex precedentibus porrò, quòd subiectum sit libertatis, facile innotescet. Quia enim intellectus iudicium penè semper requiritur in actione libera, concludimus primum & immediatum libertatis *ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐπιπέδου* naturam esse intelligentem, quippe quam semper insequitur proprietas ista, ut in actionibus suis sit libera. In quo subiecto simul implicata est libertatis causa efficiens. Omnes enim effectus *ἐπιπέδου* qualis est libertas in efficientibus suis primò recipi-*

Scaliger Exerc. 207. sect. 1. 5.

Grad. m. s. 8. 43

Quæstio IV.
de subiecto li.
bertatis.

Damasceus
l. 1. de Orb. Fi.
de c. 3. & l. pri.
ma. Insti. c. 10.
Zanchius de
operibus sex
dierum par. 1.
l. 3. c. 1. p. 162.

recipiuntur, ita, ut à quo accipere essentiam, in eadem suam habeant inexistantiam. Natura igitur intelligens & causa & subiectum primum libertatis est.

LXXXIII.

Hinc deinceps πορίσματα duo, ἡ τῶν λογικῶν, καὶ αὐτεξέσσιον; Omne rationale liberæ potestatis & arbitrij est. *Subsumimus: Deus & Angeli sunt λογικοὶ. Concludimus: Ergò & αὐτεξέσσιον.* Cum autem intensio causæ intendat effectum, utique magis αὐτεξέσσιον erit, quod magis λογικόν. Quoniam igitur Deus summè intelligens, imò nil nisi intellectus, utique & summè liber, vel ipsa potius libertas erit.

Damasc. l. 2. de
Orth. Fide c. 7.
et l. 3. c. 14.

LXXXIV.

II. Τὰ ἀλογα εἶσι αὐτεξέσσια. ἄγονται γὰρ μᾶλλον ὑπὸ τῆς φύσεως, ἢ περὶ ἄγχοι. *Subsumimus: Bruta sunt ἀλογα. Concludimus: Ergò εἶσι αὐτεξέσσια.* Quemadmodum autem umbra quæpiam rationis ita & libertatis animadvertitur in brutis, dum in campis, prout placuerit nunc stant, nunc jacent, nunc progrediuntur, jam hoc, mox illo vescuntur gramine: quas tamen actiones rectius spontaneas quàm liberas appellamus, quia circa bona corporis duntaxat versantur, atq; ex natura instinctu & inconsiderato sensuum judicio proveniunt. Cumq; libertas nihil sit aliud, quàm voluntas, certè si brutis libertatem propriè dictam adscripseris eadem operâ voluntatem assignaveris. Voluntas autem est ἐν τῷ λογικῷ. Et bruta non dicuntur velle, sed instigari. ἢ γὰρ τῶν ἀλόγων ὄρεξις μὴ εἶσαι λογικῆ, & λέγεται θελησις.

Damasc. l. 2. c.
27 et l. 3. c. 14.
Et prim. justit.
c. 10. Bell. l. 3. de
gra et lib. arb. c.
1. 2. Piccolo-
mineus grad.
mor. 2. c. 40.

Scaliger Excre.
307. Sect. 4.
Damasc. l. 2. de
Fide c. 22.

LXXXV.

Quod verò attinet in specie libertatem voluntatis humanæ, de ejus subjecto idem est judicium, quod de subjecto facultatum aliarum. Res breviter ita habet: Subjectum inhesionis vel est adæquatum, vel principale. Illud hominem dicimus, animâ & corpore constantē, cum ejusdem sit & διώαμις & ἐνεργεια: hoc autē

D 2

animam

L. de somno & vigilia c. 1.

Bell l 3. de grat & lib. arb c. 3
lavellus l. 9
Meta. quest 4
Fonseca in l. 9
Meta. c 3 quest. 2. sect. 1.

Quaestio V.
Qualis requiratur libertas, ut res dicatur libera?
Thomas par. 1. que 12. art. 1.
Bell. l. 3. de grat & lib. arb c 4 & seqq. Zanchius de Operibus sex dierum par. 1. l 3. c 3. quest. 1
Scotus in 2.
Sent. dist 8. Suarez disp. Meta. 19 sect 8 num. 6
Timplerus l 2 Meta c 6, quest 9.
Petrus Martyr Clas 2. L. C. 6. 1.

animam rationalem, à qua libertas vel libera agendi potestas immediato partu profluit, quæ cum non per intellectum, sed voluntatem animæ inhereat, fit, ut sæpè ipsa voluntas libertatis dicatur subjectum, cum tamen ipsa per se non sit, quippe accidens, sed anima, voluntate tamen mediante.

LXXXVI.

Sunt qui dicant, libertatem formaliter in voluntate, radicaliter in intellectu residere. Qui si duplex libertatis subjectum statuunt, radicationis alterum, alterum iniationis formalis, & per intellectum non ipsam substantiam intelligentem, sed substantiæ potentiam accipiunt, graviter impingunt. Etiam si enim iudicium mentis plerumque precedat libertatis exercitium καὶ ὁλοκλήρως tamen id non est, ut supra evictum. Et licet καὶ ὁλοκλήρως foret, tamen intellectus, subjectum libertatis radicale non esset. Aliud enim est causa rei, aliud prærequisita conditio: huius, non istius vice fungitur intellectus in electione libera, ideoque nec arbitrij liberi ὑποκειμένου ullo modo dicendum.

LXXXVII.

Ut verò natura libertatis penitus cognoscatur, scitu insuper necessarium, quæ & qualis libertas requiratur, si quidpiam dici & queat & debeat liberum. Duplicem esse libertatem supra cognovimus, alteram à necessitate, à coactione alteram. Num verò utriusque presentia ad constitutionem arbitrij liberi necessaria? Haud eadem omnium mens. Multi acriter pugnant pro affirmativa: negativa arridet alijs, quid nobis videatur, exponemus breviter.

LXXXIIX.

Libertatis duplex, est acceptio, altera vera & propria, altera nimis stricta & curta. Hæc est, quando libertas sumitur pro electione mediæ tantum, seu pro indifferentiatum quoad specificationem tum quoad exercitium. Hoc sensu libertatem nonnulli re ipsa distinguunt, à voluntate, ut inferius à superiori, ideoque omne liberum arbitrantur esse voluntarium, sed non vice versâ.

Verum

Verum potentia potentia cum non detur, sicut nec accidentis acci-
dens, propterea libertatem à voluntate reali discrimine non sejun-
gimus. Omnis igitur actio voluntaria nobis est libera, sicut ijs
omne liberum est voluntarium.

LXXXIX.

Non nescij sumus, actiones humanas quandoque ita partiri,
ut quaedam dicantur liberae, quaedam necessariae: idem tamen ha-
omnes principium productivum habent, voluntatem nimirum.
Voluntas quid? Nihil aliud, quam potentia libera, à qua ortum
trahunt natura intelligentis actiones singulae & universae. Non
ergo diffitemur, in effectibus voluntatis quoddam inveniri di-
scrimen, ut quaedam includant adjunctam indifferentiam vel po-
testatem non operandi, aliae excludant, illasque, strictim si suman-
tur vocabula, liberae, has necessarias indigetari posse: tamen cum
à christo loquendo, voluntas, ejusque libertas unum sint, ideò omne
voluntarium pariter est liberum. Unam enim originis suae habent
causam, neque actiones quaedam à potentia libera, quaedam à ser-
va, vel non libera proveniunt, sed omnes sunt liberae matris, volun-
tatis, liberae filiae.

XC.

Nobis ergo libertas vera non est indifferentia, flexibilitas,
& ambiguitas illa, constantiae opposita, sed ipsa voluntatis in-
clinatio ad volendum vel nolendum. Potentia n. libera est vo-
luntas, & in hoc ab alijs distinguitur. Quae igitur vult, liberè
vult, quae agit, liberè agit, cum actum suspendit, liberè suspendit, i-
ta quidem, ut, si quidpiam voluntarium dixeris, & non liberum,
oppositum in appposito pronuncia veris.

XCI.

His prelibatis, facile patebit, libertatem & necessitatem non
pugnare, sed in eadem saepe actione concurrere, cum multa actiones
voluntariae, quae eo ipso liberae, simul sint necessariae. Veritabilitas
enim ad libertatis rationem non exigitur, inquit Commentator
Damasceni. Probari hoc potest per omnes species natura intelli-
gentis.

D 3

Thomas Ope-
se de poten. ani.
c. 7. Tatarctus
l. 3. Eth. quest.
2. Gregorius
de Valentia
tom. 1. dist. 6.
quest. 6. punc. 1.
& tom. 2. dist. 2.
quest. 5.

Zanchius de
operibus sex die-
rum par. 1. l. 1.
c. 4.

In l. 2. de Orb.
Fide c. 22.

Zanchius de
operibus sex die.
par. 1. l. 3. c. 12.

Commenta-
tor Damasc.
in l. 2. de Fide c.
14.

L. 1. de Civ. Dei
c. 19.

Iavellus l. 9.
Metaph. quest.
4. Gregorius
de Valentia
tom. 2. disp. 1.
quest. 3. punc. 1.

Fonseca l. 1.
Metaph. c. 1.
quest. 1. sect. 4.
Gregorius de
Valentia tom.
2. disp. 2. quest. 5.
punc. 1.

gentis. Ut de Deo nihil dicamus, cum dicendum ab alijs, Angeli
boni & beati cœlites necessariò (necessitatem intellige hypotheti-
cam) bonum intendunt, & tamen liberè: mandata necessariò exe-
quuntur & tamen liberè cum singulari voluptate & complacen-
tia, quæ in substantijs intelligentibus certissimum voluntatis libe-
ræ τὴν ἀνάγκη ἐστὶν & documentum.

XCII.

Si enim opere delector, appetitui meo, qui ipsa voluntas libera,
erit conveniens. Vbi namque aliud agitur, aliud appetitur, ibi a-
ctio appetitui displicet & contrà. Quod autem voluntati arridet,
id ortum ab ea traxit. Ab alio enim imperata non diligit. Ergò
ubi delectatio, ibi libertas. At qui actionibus etiam necessarijs de-
lectantur Angeli, Liberas igitur esse consequitur. Ecce, ut libertas
necessitatem non renuat, & necessitas libertatem non destruat.

XCIII.

Sed hominis actiones, quibus de nobis potissimum hæc instituta
disputatio, considerabimus. Sunt nonnullæ necessariæ, & nihilomi-
nus liberae. Si enim illa definitur esse necessitas, secundum
quam dicimus, necesse esse, ut ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio
cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis,
scribit B. Augustinus. Duplex autem in actionibus humanis de-
prehenditur necessitas, altera quoad objectum, altera quoad ac-
tum ipsum. Objectum voluntatis libera tantum unum est, non
quidem numero, sed specie, bonum videlicet, sive ἀγαθόν sive φαινό-
μενον. Malum enim, quia malum, voluntas velle nequit. Nulla igitur
hæc indifferentia, sed determinatio ad unum.

XCIV.

Actus voluntatis vel unum saltem objectum, ut finem ul-
timum, vel plura, ut media, respiciunt. Actus quoad finem ulti-
mum, est necessarius, (loquor autem de specificatione, non exerci-
tatione) nempe ejus volitio & expletio. Omnes enim beati esse necessa-
riò volunt, & miseri esse non modò nolunt, sed ne velle quidem pos-
sunt. Necessariò igitur finis ultimus appetitur, & tamen liberè.

Vbi

XCV.

Vbi verò multa sunt media, ibi datur actus præcedens, datur & consequens. Præcedens est indifferens. Possum enim medium unum velle aut non velle, eligere aut non eligere. Consequens autem necessarius est. Quando enim firmiter prælegi hoc medium, non possum non reliqua velle negligere, & tamen liberè negligo. In ijs etiam, que coherent, si unum volumus, necessum est, ut velimus & alterum. Sic ex voluntate transeundi mare, fit necessitas in voluntate, ut velit navem.

XCVI.

Sic præsupposita amicitia indissolubili, non possum non amicum diligere, & tamen liberè diligo; unde Cælius Rhodiginus Necessitas, inquit, nulla magis cenferur voluntaria, nec voluntas necessaria magis, quam amatoria.

XCVII.

Vti verò necessitas quæpiam in actionibus hominum invenitur, ita & indifferentia seu vertibilitas. Libera enim voluntas est ratione exercitij in actibus tam elicitis, quam imperatis. Imprimis autem in actibus moralibus, suo genere bonis vel malis, hæc indifferentia maxime conspicitur, estque duplex, I. quoad objectum speciale. Duo n. sunt contraria, virtus & vitium: ad neutrum voluntas hominis est determinata, sed licet illi utrumque pro arbitrato sequi. II. quoad actus ipsos. Licet enim voluntati virtutem sectari vel non sectari, licet vitium fugere vel sequi, neque necessario virtutibus aut vitijs indulgetur.

XCIX.

Atque hæc indifferentia duplex jure attenditur à Politicis & legumlatoribus, pœnas aut præmia decernentibus. Nemo enim laude vel culpâ, pœnâ vel præmio dignus, hæc qui indifferentia destituitur. Vnde & factum, ut postmodum vulgariter libertatis nomine nihil aliud, quam hæc indeterminatio fuerit intellecta. Sed nos merito distingvendum esse censemus inter acceptionem vocis politicam, & accuratè Philosophicam. Politici quidem, quin & Ethici, de virtutibus & vitijs verba facientes, libertatem pro indifferentia jure accipiunt: Philosophis autem à x p. b. c. rem considerantibus ipsam notat voluntatem, quippe quæ non per superadditum aliquid, sed per seipsam libera est, qua de causa actiones etiam voluntatis, quæ sit, omnes liberas, etiamsi sint necessaria, pronunciamus.

Neque

Thomas par. 1.
quest. 22. art. 1.

In præfat. An.
119. Lect.

Fonseca in 1.
9. Metaph. c. 2.
quest. 2. sect. 2.

Thomas par.
1. quest. 22. art. 2.

Thomas qua.
23. art. 1.

Neque tamen asserimus, operationes quasvis, quae coactae non sunt, liberae esse. Ignis non coactè sursum, aqua non coactè deorsum fertur, haud tamen liberè. A coactione quidem liberae sunt ejusmodi effectiones, sed non simpliciter liberae. Igitur ad liberum non opponimus vel necessario, vel non coacto, sed πρώτως & per se involuntario. Sicut enim voluntas, quia voluntas est in quantum voluntas, adeoq; per seipsam est libera, ita & actiones ideo quia sunt voluntatis actiones, & in quantum sunt voluntatis, liberae sunt. Ergo & earum oppositum non est aliud, quam involuntarium. Omne enim involuntarium, eo quod involuntarium, & quatenus involuntarium, liberum non est.

C.

Tandem quod objectum libertas habeat, queritur, cuius ἑπιμαρτυρία solutio ex dictis facile apparet. Liberum enim & voluntarium, libertas & voluntas reipsa unum sunt. Ergo quò se extendit voluntas, eò pertingit quoque libertas. Voluntas autem est tam futurorum, quam praesentium tam finis, quam mediorum, tam malorum, quam bonorum, si ὄντως, non φανούτως bona malaq; intellexeris. Ergo & libertas. Omnes enim actiones hominis, sive fuerint naturales, sive morales sunt liberae, illa extrinsecè & imperativè, haec autem intrinsecè & elicitive. Unde Damascenus inquit: *Ἄνθρωπος αὐτεξουσίως ὀρέγεται, καὶ αὐτεξουσίως βέλεται, καὶ αὐτεξουσίως ζητεῖ καὶ σκέπτεται, καὶ αὐτεξουσίως βλάσφεται, καὶ αὐτεξουσίως κρίνει, καὶ αὐτεξουσίως ἀγαπᾷται, καὶ αὐτεξουσίως παροικεῖται, καὶ αὐτεξουσίως ὀρμα, καὶ αὐτεξουσίως πράττει ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ὄντων.*

ΠΑΡΑΔΟΞΑ.

Optimus usus libertatis est usus verae servitutis.
Homini melius est servire, quam regnare.

ἘΠΕΙΣΑΓΜΑΤΑ.

Inter velle, non velle & nolle discrimen est.
Voluntas ad actum elicivum non cogitur.
In errando intellectus plerumque primùm errat.

DEO GLORIA.

Quaestio VI.
de objecto li-
bertatis.

Consentit.

Zanchius de
Operibus sex die-
rum pr 3. l. 3. c.

3. Damascenus
l. 2. de Fide c. 22.

Tilenus in
sunt disp. 37. 1b.

6. Gregor. de
Valentia tom.

1. disp. 6. quaest.

6. punc. 3. Dis-
sentit. Bella.

l. 3. de gra. &
lib. arbit. c. 12.

& 14.
L. 2. c. 22.

Piccolomineus
grad. m. 2. c. 37.

Damasc. l. 2.
de Orb. Fide c.

24. Tataretus
l. 3. Etb. fol. 9.

Gregorius de
Valentia tom.

2. disp. 29. 1. p. 3.

Fonteca in l. 9.
Metaph. c. 2.

quaest. 4. sect. 4.

Philos. C. 75

